



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 38. An in iudice nulliter aut inique iudicancante praesumatur
dolus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUÆSTIO XXXVIII.

An in iudice nulliter aut iniquè iudicante præsumatur dolus.

SUMMARIUM.

- 1. Presumptio faciendæ est in bonam partem pro iudice.
- 2. Inquisitio scrupulosa adversus iudices reuocatur.
- 3. Cicero exclamat, iudices obnoxios periculis.
- 4. Probationes clara requiruntur adversus iudices.

R Espondetur non præsumi, sed eorum favore bona fides & id quod melius est præsumi debet. l. 2. C. de inoffic. civitat. iudic Bald. Lobservare §. presusci quæst. 10. in sine ff. de offic. proconf. Grammat. crim. conf. 54. Hieronymus Giacharus in suo consil. iudicatus nu. 4. ad Iulium Clavum fol. 7. Bertafolius crim. conf. 71. num. 8. conf. 81. numer. 7. Aiciat. reg. 3. præf. 10. l. 2. C. de off. civit. iud. ideoque contra eos scrupulosa omnino inquisitio reuocatur, aliàs frangeretur nervus iustitiæ autoritasque iudicium deprimetur atque vilesceret, in officioque succellores lento nimis gradu vel calcè prominerent, Gram. d. conf. 54. num. 3. ubi late. nunc Cicero pro Lucio Flacco conqueritur in hæc verba, O miseræ conditiones administrandarum Provinciarum, in quibus ferocitas periculosa, liberalitas ingrata, sermo infidiosus, assensatio pernitiola, fons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ aperta, venientes prætores expectant, præsentibus inserviunt, abeuntes expectant. Multa alia in favorem iudicum vide apud Gram. d. conf. 54. Hieronymum Giarchanum d. conf. n. 47.

Quare ut iudices aut officarii de dolo aut sordibus convincantur quales quales probationes duorum testium ut quibusdam placuit non sufficiunt, Baldus conf. 28. 4. vol. 2. Hieron. Giarchus d. loco num. 101. §. 107. Sed necesse est ut sint claræ & potentes, Baldus conf. 28. vol. 2. DD. l. fin. C. de probationibus cap. sciant. 2. quæst. ult. cap. veniens de testib. cap. Epiphanius §. quæst. 6. l. qui sententiam C. de pænie Hieron. Giarch. d. loco num. 107.

QUÆSTIO XXXIX.

Quid si iudex incompetens aliquid decernat.

Ecc 3

Judi-